

Can. VII. Si quis dixerit, Ecclesiam errasse, cum do-
quit & docet juxta Evangelium & Apostolicam doctrinam
propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum
non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem,
qui adulterio causam non dedit, non posse altero coniuge
vivente aliud matrimonium contrahere; mæcharique eum,
qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam que dimis-
so adultero alii nupserit; anathema sit.

Cap. XII. Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad judicē Ecclesiasticos; anathema sit. Can. 12. seq. decret. de reform. matrim. cūjus cap. I. ita sancitur: Tametsi dubitandum non est, matrimonia clandestina libero contrahentium consenſu facta rata & vera esse matrimonia, quandiu Ecclesia ea irrita non fecit; & proinde jure dammandi sint illi, (ut eos sancta Synodus anathemate damnat) qui ea vera & rata esse negant: quique falso affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia ex insuffissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verum cum sancta Synodus animaduertat prohibiciones illas propter hominum inobedientiam non prodeſſe, & gravia peccata perpendat, que ex eisdem clandestinis coniugii ortum habent, &c. Qui aliter quam praesente Parocho vel alio Sacerdote de ipsis Parochi seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendur inhabiles omnino reddit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit.

Saluberrimum utique decretum, quo innumeræ lites, inextricabiles anstræctus & ambages, perjuria & nuptiarum incertitudines, partium fraudes & deceptions, quam una neget, altera asseveret & dejetet intervenisse clandestinis conventiones, unde, rebus non probatis, transitus ad posteriora non conjugia, sed adulteria, prioribus clandestinis stipulationibus coram Deo in suo rore perdurantibus. Quæ omnia incommoda & crimina
92 Tridentino decreto præciduntur.

56. In nostra theoria & praxi canonici juris lib. 3. ubius disputavi de potestate Ecclesie nova indicendi patrimonii dirimendi impedimenta: & docui, potuisse eisdem regias constitutiones opponere civilia obstatula contra filiorum familias connubia, quæ insciis aut invitatis parentibus contrahuntur. Ceterum his legibus non attungi sacramenti vigorem aut validitatem, neque posse. Principum aut Magistratum auctoritatem de sacramentorum essentia quidquam decernere, sicut hoc ipso cap. decernit Tridentina ipsa Synodus de matrimonii filiorum familias, parentibus invitatis aut inconsultis: possunt tamen civiles leges ejusmodi nuptias prohibere quasi non tantum humano, sed etiam divino jure vetitas, utpote adversantes DEI præcepto de parentibus honorandis, tametsi ratio Sacramenti subsistat in his ipsis licitis nuptiis contractis. Multa enim facta tenent, quæ fieri prohibentur, multaque impediunt contrahenda, quæ non dirimunt jam contracta: 1. patre furioso, scilicet de his qui sunt sui vel alieni juris. Sed tamen nullitas illa civilis spectatur secundum civiles actus, nuptiarium conventionum invaliditates, successionum incapacitates, actionum civilium denegationes, & similia. Hæc si sertere docent Gallicani Jurisconsulti, Lovetus supremæ Parisiensis Curiae Senator, nonnulla referens amplissimi senatus illius judicia, lit. M. tit. 6. Et Carolus Fevreus, quamvis in plerisque parum æquus Ecclesiæ jurisdictioni, lib. 5. de abuso, tit. 2. distinguit inter conventiones & Sacramentum matrimonii: docetque, Sacramentum quidem existere in conjugiis filiorum familias contra edicta Gallicana factis, dum accederet Parochi proprii duorumque testium presentia: sed penes Curias regni contraetus seu conventiones quoad civilem effectum pro nullis haberi. Deinde in observatione XIV. ad suum illud Opus vir Senatus Consultorum Gallicorum diligentissimus perscrutator hæc ipsa verba effatur: *Curia suprema in clandestinis filiorum familias matrimonii (loquitur autem de clandestinis respectu parentum, et si Parochus & duo saltem testes interfuerint) distinguere ac fecernere solent conventa nupcialia ab ipso sacramento; & quoad ista sola consueverunt decernere matrimonii nullitatem ac invaliditatem, non tamen ullus annulare conjugii vinculum, neque convellunt munus illum partium consensum, qui materiam præbet Sacramenti: quia laici judices incompetentes sunt in spiritualibus & Sacramentis.* Additque abusum exurgere, si iudex secularis judicium ferret de validitate aut invaliditate fœderis ejus, ad quod Parochi præsentia exigitur. Sicut ex opposito iudex Ecclesiasticus abuteretur, si audearet de dote & nupcialibus donationibus judicium ferre. His demum ista subjugit, quæ rem istam extra omnem dubii aleam ponunt. Refert enim ibid. Fevretus: *Clerus Gallicanus, postquam promulgatum fuit Ludovici XIII.*

edictum ann. 1629. supplex Regem rogavit admonuitque
hujus Edicti art. 39. per hæc verba: *Solent tels mariages*
declarez non valablement contractez, gravem nascituram
confusionem & ambiguitatem, eo quod a nonnullis ea
referri contingeret ad sacramentalem ipsum foederis spi-
ritualis nexum, quem sacrosancta Synod. Trid. ita ar-
ctum & insolubilem esse fanciverat, ut anathemate fe-
riat, quoscumque id vinculum solvere attentantes, cum

agatur de fide & sacramentis, circa quæ versatur inconsulta jurisdictio, quam Christus Dominus sibi contulit Ecclesiæ, nec ulli Christiano licitum est dubitare in ejusmodi rebus definitionem œcumenici Concilii esse infallibilem, & omnibus tenendam; Regem vero re prima Consilii sanctorum Magistratibus communicata, manu que exanimato scripto Gallicani Cleri commonitatio hæc scribi jussisse: *Prædicta edicti verba nihil praeservare sacramenti vinculo; sed solum civilibus partium conventionibus, de quibus laici judices cognoscere solent.* Atque ita Rex ipse & Clerus inter sacramenti vinculum & pacta dotalia distinguendum judicarunt. Hæc ipsa aevreto referuntur. Quam referunt quoque historiam Acta impressa Cleri Gallic. tom. 3. quæ fidem faciunt, commissum fuisse a Rege respondendi officium Magno regni Cancellario, qui post initiam cum selectioribus sanctorum Consilii Officialibus deliberationem, præfato modo fuisse scripto expeditum responsum, quale iam dictum est.

57. Hic jam queritur, valeatne matrimonium in præ-
sentia inviti atque repugnantis Parochi contractum?
Respondetur valere. Non enim effigiat sacra Synodus
Parochi proprii consensum, sed solam cum aliis duobus
tribusque testibus præsentiam: ut per hæc matrimonii
artivis, quæ juridice probari non possunt, obvietur. Id
confirmatur per 1. coram Titio, ff. de verborum signif.
uam solent Doctores in istiusmodi questionibus alle-
are, quamque i. hac connubiali questione allegat præ-
atus Fevretus lib. 5. de abusu, cap. 2. ad finem. Ubi
est verbatim prolatum hujus legis textum, hanc ita di-
mit questionem: *Nihil interest autem, an Parochus
se consentiat, aut contradicat, sufficit enim præsentem
se & intelligere.* Et recte quidem ille, atque confor-
miter ad hæc istius legis verba: *Id videtur præsente ali-
uo factum, si intelligat: nam si furiosus sit, aut infans,
ut dormiat, non viderur, quid coram eo factum fuisse.*
His communiter suffragantur Canonistæ & Summistæ:
anchez de matrimonio lib. 3. disp. 39. Filiuc. tract. 10.
ap. 6. num. 225. Ledesma quæst. 45. art. 6. punc. 3.
ub. 2. Coninck. disput. 27. dub. 4. concl. 3. Bonaci-
a quæst. 2. punc. 8. num. 23. Prosper Fagnanus in
ap. quod nobis. num. 48. & seqq. de clandest. despensi.
Qui iudicem declarationem proferunt sacræ Cardinalium
congregationis hoc ipsum asserentium, sed tamen Paro-
chum ita interesse debere, ut appareat eum fuisse hac
e causa vocatum, quamvis alio quopiam & falso præ-
extu fuerit rei gerendæ inscius, ac renitens & in-
itus assit. Fagnanus hac ratione conclusionem con-
firmat: quia Parochus non est hujus Sacramenti mini-
ster, sed tantum præcipuus & necessarius testis; ad quod
sufficit sola cum rei cognitione præsentia. Ipsi autem
contrabentes sunt sibi invicem ministri. Atque ita in
iversis Gallicanorum Officialium tribunalibus vidimus
adjudicatum. Partes ipse tamen, quæ sic matrimonium
nirent, graviter delinquerent, nisi quando Parochus
injuste recusaret, possentque juridice puniri; non enim
mne illicitum invalide fit, quemadmodum nec in-
tentio avaritiae aut ambitionis illicitæ nullitatem indu-
cit beneficiariæ provisionis, dummodo nulla vitiatur
monia.

58. Potest Parochus assistere matrimonio sui parochia-
i quoad ejus efficaciam & validitatem, etiam in alie-
a parochia, immo & in altera Dioecesi, nec habita li-
entia Parochi, vel Ordinarii loci. Adhuc enim quali-
atem proprii ejus, qui contrahit, Parochi retinet. Nam
ius audire quoque confessionem & absolvere eidem Pa-
rocho licet, dummodo solemnis & scandalum evite-
tur. Sunt enim isti actus gratiose jurisdictionis, quæ
cite & cum debita præcautione quocunque in alieno
oco potest erga proximum subditum exerceri.

59. Præterea tametsi illicite, at faltem valide potest
proprius Parochus matrimonio sui parochiani assistere
contra sui Ordinarii prohibitionem. Illa enim prohibitio
non illi movet titulum & jus proprii Parochi; & multa
eta tenent, quæ fieri vetantur. Id ita declaravit sacra
Cardinalium Congregatio: atque ita docent Sanchez de
matrim. lib. 3. disp. 32. Bonac. qu. 2. p. 8. num. 21. alii
que communiter. His amplius docet Fagnanus in c. lit-
eræ, quas de matrim. contrâcto con. interd. Eccl. va-
tere quoque matrimonium, et si Parochus assistens fuisset
non tantum prohibitus, sed etiam suspensus ab Ordina-
rio. Quamvis enim Parochus subalternetur Ordinario
secundum jurisdictionem, quam potest eidem restringere
et adimere; per hoc tamen non definit esse Parochus,
eiusque

Concilium Tridentinum œcumenicum.

ejusque ad matrimonium assistentia non est jurisdictionis causas, nihil enim hic judicat, nihil prohibet, nihil detinatur.

65. Cap. V. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumperit, separetur, & spe dispensationis consequenda caret: idque multo magis in eo locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit: si quidem solemnitates requiras in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur poenis. Non enim dignus est, qui Ecclesia benignitatem facile experiatur, cuius laburia præcepta temere contempst. Si vero solemnitatis adhibitis, impedimentum aliquid subesse posse sequitur, animo illa subtiliter iuris.

60. Cum igitur attestante Paulo Ephes. 5. Christianum patrimonium sit magnum in DEO Sacramentum in Christo & in Ecclesia: & Hebr. 13. sit honorabile confiduum in omnibus & thorus immaculatus. Atque Augustinus lib. de bono conjugali cap. 24. & lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 7. tria bona coniubii Evangelicæ esse postea cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius & gratis cum eo dispensari poterit in contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro: idque ex causa & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

legis dinuneret, prolem, fidem mutuam, & sacramenti

Utinam in eo statu res essent, ut ad præscriptum hujus sacri Concilii non nisi gratis dispensaretur, nec nisi ob gravem caussam, nec nisi in iis qui non scienter sed tantummodo per excusabilem ignorantiam lapsi sunt. In secundo autem gradu nunquam nisi inter Principes, non quidem mediocres, sed ut requirit sacrosancta Synodus, Magnos, idque non indiscriminatum, sed ut eadem præscribitur hic, qd caussam publicam dispensaretur. Legi-

61. Dictæ sessionis XXIV. cap. II. gradus affinitatis congius olim productos & irritum reddentes matrimonium, quorum inobservantia ex ignorantia facti cognitum difficile contingens, irrita & invalida reddebat pleaque contrafacta matrimonia, prudenter ad minorem numerum reduxit. In primis quod ad spiritualem affinitatem attinet, ea conclusit inter baptizatum & sponsores seu suscipientes de fonte baptismi. Item inter baptizatum & baptizatum. Præterea inter patrem & matrem baptizati & suscipientes. Insuper inter baptizati patrem & matrem. Similiter inter sponsorem & confirmatum, nec non inter sponsorem & confirmati progenitores.

teritus me, qd cunctam publicam dispensetur. Legimus apud Nicetam Choniatem Grecum & schismaticum historicum, semel aliquando Patriarcham Constantinopolitanum non per pecunia largitionem, sed solo rogatu Imperatoris Andronici Comneni, matrimonii contrahendi indulisse dispensationem, non in secundo, sed in tertio duntaxat gradu, non inter proletarias aut vulgates personas, sed inter ipsius Andronici Imperatoris spuriam ac illegitimam filiam Irenem, & Alexium Coenam Principem Imperatorie stirpis, cui matrimonio Theodosius Patriarcha virtutis veræ custos rigidusque satelles, ne consentire cogeretur, maluit Patriarchali fastigio deponi, atque in solitudinem relegari. Sed ei

62. Olim prohibebantur quidem & in irritum addubebantur nuptiæ ad septimum cognationis inter collaterales gradum, computando etiam ipsos gradus per numerum personarum, dempto communis stipite in Ecclesia saltem Latina; ut perspicue docent testimonia tum Gregorii Papæ in ep. ad Felicem Mellianæ Episcopum, & Isidori, itemque Alexandri Papæ II. que congeruntur in Decreto 35. q. 5. Quæ leges proculdubio erant innumerabilem ambiguitatum & incestuosum nuptiarum occasions ignoranter contractum, & laqueorum nimis intricantium, ideoque Lateran. sub Innocencio III. Concilium generale provide omnia ad quartum gradum reduxit impedimenta: & refertur c. non debet, de consanguin. & affinit. Jure autem civili Romano-rum, etiam fratrum & sororum filii matrimonio jungantur: Instit. de nuptiis, §. duorum: & l. 3. ii. de ri-
ti nupt. Concilium vero Trid. circa catenam cognationis & affinitatis nexum quatuor inclusive graduum sanctionem Lateranensem confirmat. Porro jus illud Romanarum legum circa fratrum seu sororum liberos, olim quoque invaluit inter Christianos. Filiae namque Magni Constantini Constantina & Helena nuptu traditæ sunt, Constantina quidem primum Annibaliano filio Dalmatii fratri Magni Constantini; deinde Gallo Cæsari filio Constantii alterius fratri ejusdem Constantini Magni. Helena vero nupsit Juliano alteri filio memoriati Constantii.

63. Cap. III. Publicæ honestatis impedimentum coarctat ad primum in sponsalibus validis, cum antea ad quartum protenderetur. Ceterum si sponsalia ipsa invada fuerint, nullum propterea pariunt impedimentum. At vero ex matrimonio rato, sed non consummato, exurgit dirimens ad quartum usque gradum impedimentum, ut declaravit Pius Papa V. in constitutione incipiente: *Ad Romanum*. Ex cuius inadvertentia Toletus & Lopez hoc impedimentum prodiderunt esse publicæ honestatis, & desinere statim a primo gradu. Jam hic queritur, utrum ex sponsalibus non quidem morte, sed mutuo partium consensu solitus exoriatur quoque publicæ honestatis impedimentum? Hanc agitat disputacionem Th. Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 2. & novissime Petrus Fagnani. comment. ad c. ad audientiam, de sponsalib. refert Roma a sacra Congregatione judicium die Jul. 6. ann. 1657. quod hic quoque subsistat impedimentum istud, factique relatione apud Alexandrum Papam VII. qui hanc examinari questionem jussεrat, fuisse ab ipso approbatum Cardinalium judicium, ulii 10. iussumque istud post haec ubique a cunctis filiis servari.

65. Cap. VI. Inducit dirimens & justissimum impedimentum inter raptorem & raptam, quandiu haec in raptoris manserit potestate. Non enim raptor in eo statu